Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35431
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ti x q Inter quas psonas Et in spe
prelatorum in prima parte ti xi Rubricella viii
q Inter quas psonas

Iohannes qui michi est pr meus vel co
sanguineus duxit mulierem meam in
uxorem suam ipsa mortua postmodum
idem Johannes duxit aliam in uxorem suam
Johannes mortuus postmodum ego duxi eandem
mulierem in uxorem meam bannis in ecclesia
editis ut est mos hoc confitens sacerdoti
Dicet michi sacerdos quod licite possum eam
habere in uxorem et debitum ab ea exigere
et reddere quia inter nos nullum est impedi-
mentum affinitatis ut extra de consang
et affin Non debet Et in glo Et idem est
dicendum Si soror mea carnalis duc-
ta est in uxorem a petro et morte sororis
mea ipse ducit aliam in uxorem ipso pe-
tro defuncto licite possum ducere ter-
tiam in uxorem istam superstitem mulierem
Ut in prima parte c Non debet in glo

Est dubitacio de monialibus
occulte corruptis quia in quibusdam
monasteriis consuetudo est quod sole vir-
gines in quibusdam festivitatibus por-
tent cereos accensos Sed moniales que
non sunt virgines non debent consecrari
sed faciunt professionem simplicem cum cereis
extinctis Quod ergo consilium dabitur
mulieri corrupte occulte si portat cere-
um accensum accensum deo et sic pec-
cat mortaliter Si vero portat cereum extinc-
tum detegit crimen suum et sic scanda-
lizat sorores suas Est ergo consilium quod
simulet tali die se infirmam vel men-
tiatur tali simulacione quia habet infirmi-
tatem mentis quia verbi gratia ne ad cereum
accensum portandum accedat Et ita
poterit dicere se vere infirmam esse Illa
dubitacio est de moniali occulte cor-
rupta que permittit elegi consecrari
abbatissam cum non deberent consecrari
nisi sole virgines Si igitur venit ad confessionem
iniungendum est ei in penitenciam quod abbaciam re-
linquat quia contra constitucionem permisit se con-
secrari xx q i Iuvenculas i q vii Nonnunquam

Et no xxxi q i Quo virginibus

De sacramento eukaristie

Nemo potest conficere corpus christi nisi
sacerdos qui rite sit ordinatus
secundum claves ecclesie extra de summa tri et fide ca
c i vero una Sacerdos qui habet curam animarum
debet frequenter docere plebem suam ut
cum in celebracione misse elevatur hostia
salutaris se reverenter inclinent Et hoc idem
faciens cum istam hostiam salutarem et
corpus christi portet ad infirmum Quam
quidem hostiam in decenti habitu supposito
mundo velamine ferat et referat manifes-
te ac honorifice ante pectus suum cum
reverencia et timore semper lumine precedente
ut extra de cele mis c Cum candor lucis
eterne Ut ex hoc apud omnes fides et devocio
augeatur Et debent prelati i episcopi et archidia
coni et alii superiores graviter punire sacerdo-
tes qui non servant huiusmodi mandatum Et
debet unusquisque declinare ad corpus christi
flexis genibus Et dicere aliquam oracionem dominicam
vel illa verba Salve lux mundi verbum patris
hostia vera viva caro deitas integra verus
homo Transubstanciatur res iste in corpus
et sanguinem tuum domine ad honorem et ad lau
dem nominis tui ad confusionem peccatorum
et salutem animarum nostrarum ut extra tradidit
cele mis Dare Et in glo Si mus vel ali
ud animal vivens preter hominem comedit
eukaristiam statim desinit esse sacramentum
secundum quosdam Alii dicunt quod non statim desinit
esse sacramentum cum celeris altissimi hominis
istud sumat Et dicit magister sentenciarum
quod non mutat corpus christi quid ergo sumit
qui manducat deus novit Si ceciderit mus
vel aranea transit super corpus christi non propter
hoc desinit esse corpus christi aut sacramentum
de cons di ii c Cum bene Et in glo Et in
l Senten xxii c i in fi Non licet sa
cerdoti celebrare cum pane fermentato nec
cum cipho ligneo Cum scriptum est Non
in fermento veteri Et extra de cele mis Cum
Marthe in glo Istud sacramentum eucaristie fuit